

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

cum usque ad Trapezuntem excurrunt. Quia vero tempestates ac frigora, unde oculi eorum hebetantur, oderunt, in profundissimo quodam Thracii matis recessu, qui Melas cognominatur, ac loca cava & canosa piscibus alendis idonea foyet, morantur, ad vernumque tempus crescent. Ventorum flatus intellige-re videntur: nam Plinius testatur, operiri eos Aquilonem, ut secundo fluo exirent e Ponto. Pontum autem aliter intrant, aliter exirent. Dextrorum enim secundum Aristotelem l. 8. Hist. c. 13. terram contingentes cum subeunt, remeant contra; laevum enim in latu se admovent, quod propterea facere (inquit) dicuntur, quia dextra oculo clarius vident sua natura, laeo hebetus. Noctu eos proficiunt antiquissimum Amphylli vatis apud Herodotum testatur oraculum. Hinc adstipulatus antiquissimus nummus, qualem se vidisse Lutetiae testatur Bellonius; in quo altera parte Spica, altera Thunnus conspiciebatur, & super hunc Luna inscriptione PHILLIPE N S E. Dormiunt tam profunde, ut somno obtuti capiantur.

C A P U T X X I .

D E V R A N O S C O P O ,
& X I P H I A .

V Ranoskopus piscis est solivagus carne vescens adeo vivax, inquit Bellonius, ut si internis omnibus spoliis, nihilominus adhuc moveatur: est omnium piscium voracissimus. Apophysin extra os propendente habet, qua pisciculis struit insidias. Insatiabili esse abdome vel id declarat, quod si cibum illi objeceris, eo usque vescatur, donec cibus exaggeratus, ad ipsum os redudet. Xiphia utraque maxilla rostrata est, brevis tamen & triangularis inferior, superior magis ossa, durior, multoque longior, bicubitalis namque nonnunquam. In Oceano Indico in tantam augentur magnitudinem, ut validissimarum navium latera ad sesquipalmum aliquando perforent, Iovius.

Gesne-

Gesnerus ex amici fide digni relatu, quendam cum in Syriam navigaret, natantem juxta navem vidisse scribit, medium ab hoc pisce rostro discissum. Balenam exhorrescit, & eam conspicatus, gladium suum in terram aut obvium quemcunque vadi locum impingendo, truncum ex se format. Balena negligens præternat.

C A P U T XXII. DE QUIBUS DAM ALIIS piscium admirandis.

IN fodinis inveniuntur etiam pisces; præsertim si humida fuerint loca, imo etiam ubi nulla aqua. In multis Ponti locis animadvertis *Theophrastus*, in Pa-phlagonia *Eudoxus*, Orteranti ultra Albim *Agricola*. Ad Narbonem amnum planicies est, per quam fluvii fertuntur Iliberis & Roschinus, pisces fossiles in ea. Terra ibi tenuis, & multum nascitur graminis, sub quod altitudine duorum aut trium cubitorum aqua flumen dilatata, fluit. Si quando inundaverint, planiciem subterraneis piscibus referram efficiunt. *Polyb. in Histor.* Duo sunt illorum genera. Teretes nonnulli ut anguillæ, verum pelle carent tenaci, squamis ut gobii; carnis duræ, nec gratæ gustui. Majores duos crassi digitos, digitum minores. Illi palmos longi quatuor, tres hi, sonum edunt acutum. Inclusos pharmacopolæ vitro suspendunt de trabe, & pane longo tempore alunt. Ex fluminibus interdum, quæ curtunt in paludosis locis, egressi, per ripatum venas penetrant in terram longius, in cellas interdum. *Theophrastus* scribit, in latebris propter sensuum nil sentire stuporem, donec olla injiciantur coquendi, sed effossos moveri. In flumine quodam Orientalis Indiæ pisces sunt *Tubarones* dicti, tam rabidi, ut cuidam nautæ supra aquam ad navis stanti latus, unus pedem primò, post manum mortu abstulerit. *Linschottan. In Navigat.* Incredibile fere est quod idem memorat; navem nimisrum ex Mzambibi.